

diviso pupilli præjudicare non debeat. *i*  
 Quamvis autem tutor, vel curator, plurium solemnitate implementum iurabat, aded ut eorum defectus, eum culpoum, ac suspectum reddat, iustumque, ac sufficiens motum producat cum removendi, multique actus ex hoc defectu, invalidi censeantur, ac pupillo non rationales; Non inde tamen aliqua ejus excusatio à rationum redditione, alisque obligationibus tutori, vel curatori incumbendis resultat, sed fortius ei præmittitur; Ubi tamen protali expressè se gesserit, eoque titulo administraverit, ne alias culpa culposo profit, atque deterior sit conditio ejus, qui legi pareat, atque solemnia implet, quam ejus, qui legem contemnit, maleque agit. *l*

Aliquo ex pluribus tutoribus, vel curatoribus, per mortem naturalem, vel civilem cessato, seu alias impedito; Sub questione est, an totum jus in superstitibus, vel superstitibus, ex jure accrescendi, vel non decrescendi consolidetur, vel potius alterius subrogationi locus fiat; Atque variis variis opinantibus, verius est, prudentis iudicis arbitrio id remissum esse, pro facti qualitate, & circumstantiis regulando, ideoque certam, ac determinatam regulam generalem non recipit. *m*

Ipsaque tutela, vel administratione durante, si suspicio superveniat, (neglectis variis scholasticorum sensibus,) probabilior est ille practicum, ut eidem arbitrio pro facti qualitate remissum sit, an remotioni, vel suspensioni, seu adjuncto, aut alteri provisioni locus esse debeat; Possibile verò in matre, in cuius remotione, vel suspensione, magis circumspedè procedendum est; Regulariter enim in ea locus est adjuncto, vel alteri congruæ provisioni; Atque inter suspensions causas, illa litis, (istius tamen gravitate, & qualitate credebatur,) solet esse potissimum. *n*

Major autem suspicio in matre, est illa, quæ à transitu ad alia vota resultat, ob quam remotioni, quinimò cessationi, ipso jure locus aperitur; Aliis quoque penis ipsi matri adjectis, super privatione successione, nisi priusquam id sequatur, pupillo de tutore provideri sollicita sit, ac rationes reddat, ut in successione materia adverteat; Atque si secundus via administrationis continuationem patiat, ejus quoque bona pro administratione, ac rationum redditione obligata esse, lex disponit. *o*

Excusationem hodie rarè videntur questiones, quas foris, ideoque scholasticè examinandæ remanent, cum prudenter praxis hujusmodi munus invitis non de facili committat; Ut etiam nimium affectantibus committendum non esset, utroque extremo damnabili existente. Frequentiores autem sunt questiones inhabilitatis, de qua ejusdem tutelæ ambitio, vel alias in eo munere interessari obijciant; Incapaces autem, seu inhabiles sunt mulieres (exceptis matre, & avia, ubi secundarum nuptiarum obstaculum non accedat,) pupilli debitorum, item cum eo habentes minores, ac alii aliqua iudicii imperfectione laborantes.

In Clericis Regularibus generica viget prohibitio; In secularibus autem variè per iustas adhibentur distinctiones, inter testamentariam, & legitimam motum exigat; Aut an munus à divinis avertat, vel scandalum præbere valeat, cum similibus; Verius autem videtur, ut ista pariter facti potius, quam juris questio sit, certam, ac generalem non recipiens regulam, sed pro singulis casibus, eorumque circumstantiis, diversimodè decidenda prudenti arbitrio; Præsertim, ubi de illa tutela, vel administratione agatur, quæ secum trahat ea quorum Clerici sint incapaces, vel prohibiti; Et an ex negotiatione id fiat potius, quam ex charitatis motivo; Ubi etenim istud accedat, non prohibendum, sed potius laudandum est. *p*

Jurisdictionis, vel competentie fori majores esse solent questiones, tam circa ipsius tutoris deputationem, ubi pupilli plura possideat bona in pluribus Civitatibus, vel Provinciis, seu diversis dominiis existentia; Sive ubi sit Clericus, agatur autem de hæreditate laici, vel e contra; Ac etiam super redditione rationum, an scilicet præcisè danda sit illi iudici, à quo tutela suscepta est, quamvis tutor ab ejus foro exemptus esset; Vel ad id cogi valeat à diverso iudice loci, in quo bona sint, cum similibus, super quibus non de facili compendiosa regula generalis, cuiusmodi casui applicabilis statui potest, cum ex pluribus distinctionibus, potissimum verò ex Principatum, vel Tribunalium stylos, ac usibus, decisio pendet, ideoque in sua sede videndum. *q*

Loci etiam questio cadit super rationum redditione, in

quo scilicet ratio reddi debeat; Atque regula est, eam fieri debere in loco administrationis, quocumque privilegio fori non obtante, cum ibi reddi debeant rationes, vel administratio facta est; Nisi iusta causa, alioque facti circumstantiæ aliud suadeant, ex quibus iudicis arbitrium iustè intret diversimodè decernendi. *r*

Hypothecæ legalis privilegium, quod pupillo, vel minori lex concessit, contra tutorem, non à die quo administratio malè facta sit sed ab eo, in quo suscepta est, competit, eoque tempore attentio generalis est fidejussorum tutoris obligatio; etiam pro bonis, quæ durante tutela pupillo obveniunt; Idque in omnibus etiam datur contra eum, qui tutelæ testamentariæ, seu legitimæ jus habituale habens, de facto eam, (sub eo tamen titulo exerceat, quamvis solemnia non impleverit; Non tamen contra eum, qui alio jure, vel titulo administrat, sive cum administratore, aut patre pupilli contrahat.

Idemque privilegium cuiusque vulgari necessaria legali administratione viventi, ad instar, verius est competere; Questione cadente in exequutore testamentario, in quo pro facti qualitate respondendum est, ut in sua sede. *s*

Illà verò hypotheca, quæ contra matrem tutricem datur, si ea binuba fiat, atque in administratione perseveret, neque curet pupillo de tutela provideri, secundi etiam viri bona afficit.

Cessiones contra pupillum, vel minorem, tutori, vel curatori reportare prohibentur est; Nisi facti circumstantiæ magnam bonam fidem redeolant, omnemque suspitionem tollant. *t*

Contra tutorem autem, vel curatorem, qui absque dolo exegit, seu alias distrahit id, quod alienum erat, ad pupillum verò, seu minorem spectare credebatur, atque in ejus causam erogavit, aded ut penes ipsum non remaneat, nulla datur actio rei, vel juris domino, seu alii interestato, nisi doli ratio, vel alia similis circumstantia diversimodè suadeat. *u*

Sine præsentia pupilli, (aliis servatis de jure servandis,) ex veriori sententia tutor rectè contrahit, neglecta distinctione capacitarum, vel incapacitarum doli; Curator autem non contrahit absque adulti præsentia, quoniam primo casu ipse tutor directè contrahit, in altero autem ipse adultus, cui solum curator auctoritatem præstat. *x*

Majori curator non datur, neque administratio interdicitur, nisi jus tertii, vel alia iusta causa iudicis arbitrio pensanda, aliud suadeat, ideoque resolutio præcepto in consilium, impudè illud sperni potest, ubi regulæ limitatio non obstat. *y*

Actio ad redditionem rationum, seu alia tutelaris directæ, non competit contra inferiores ministros, quorum opera tutor, vel curator usus est; Obiurgatio verò competit tamquam contra debitorem tutoris, exercendo scilicet, eam actionem quæ ipsi tutori, vel curatori datur; Nisi facti circumstantiæ aliud suadeant, ex quibus quandoque de hujusmodi inferiorum ministrorum facto, tutor, vel curator non tenetur. *z*

Præscribitur actio tutelaris, ac petendi redditionem rationum per tempus longissimum, eo modo quo alia; Absque eo, quod non obstat mala fides, ut obstat in debito puro, cum ita potius resultet redditionis rationum, ac reliquas restitutionis præsumptio; Ideoque id quoque cadit sub præscriptione statutaria, quæ solutionis præsumptionem ostendit temporis lapsum inducit.

Quantitas autem, seu liberationis tutoris per pupillum factum aditum non suffragantur, nisi reddidit rationum verè accedat, quamvis malitia, quandam adinvenit cautelam, ut adultus fateatur sibi restitutos esse libros, ac rationes, & scripturas, sine quorum restitutione hæc actio exerceri non potest. *a*

- a Sub tit. de alienat. & contractib. prohib.
- b Sub tit. de iudicis, & in praxi.
- c De his requisitis disc. 7. & 8.
- d disc. 6.
- e de hac materia iuramenti in litem disc. 8. & 9.
- f disc. 6. & 7. cum seqq.
- g de hac specie estimationis rerum non extantium, tit. de Regal. disc. 1.
- g ad eandem materiam iuramenti in litem, de qua sup. disc. 8. & 9.
- h disc. 3. & 4.
- i disc. 5.
- l disc. 6. 8. & 9.
- m disc. 1. & 11.

- n disc. 2. & 3.
- o de success. ab intest. disc. 29.
- p disc. 1. de feud. disc. 18.
- q disc. 5. & sub tit. de iurisdic. disc. 94.
- r disc. 3. & sub tit. de iurisdic. disc. 73.
- s disc. 10. & 15.
- t disc. 12.
- u disc. 13.
- x tit. de alienat. & contract. disc. 35.
- y disc. 14.
- z tit. de Regalib. disc. 86.
- a disc. 6. & 7.

I I

De procuratoribus ad negotia, aliisque administratores, ac ministris in genere.

Qualem culpam mandatarius, vel alter majorum non privilegiorum administratorum præstat, sub questione est; Aliis ad dolum, & culpam latam cum tantum obligantibus; Aliis verò magis communiter, etiam ad levem, aliis, etiam ad levissimam, super cuius distinctione, hujus opinionis sequaces certant, an utramque, commitrendo, & omitrendo præstat, vel primam tantum, alteram verò non, Veris autem est certam, ac determinatam regulam generalem, de super statutum, in jure non haberi, ideoque pro facti qualitate, in quolibet singulari casu, ejus circumstantiis attendis, decisionem prudenti arbitrio regulandam esse.

Illud autem positum attendendo, an voluntaria sit administratio, commissa per eum, qui per seipsum commode ejus negotia explicare valeat, ac eum, qui de necessitate aliena indiget administratione, ut hoc secundo casu, rigorosius cum administratore procedendum sit, quasi quod sita sit species administrationis legalis, tutelari assimilanda; Ut præsertim iure Civitatum, vel Universitatum administratores, iure tutorum, vel curatorum in omnibus recentendis, cum Civitate, vel Republica pupillo assimilatur, ejusque jure censeatur.

Potissimè verò, ubi qui sub tali administratione vivit, nedum ex necessitate id agat, quia per seipsum id explicare non valet, sed culpa incapax existat, quia nempe corpus inanitum, ut sacre aedes, ac Civitates, similiaque corpora intellectu, seu polystica sunt, cum tunc, qualis qualis culpa sit, quæ ipsum dominum obliget, ab administratore præstanda sit, ut præsertim in administratoribus banorum, vel mensurarum sacrarum ædium, praxis docet. *b*

Cujus verò sit periculum pecuniarum, aliarumque rerum functionem in genere recipientium, & quæ cum aliis mandatariis, vel administratores pecuniarum, vel bonis confusæ sint, an scilicet mandatariis, vel mandatariis, seu administratoris, vel potius ejus, cuius bona administrantur questio est, cui certa compendiosa regula generalis, cuiusmodi casui adaptabilis tradi non potest, cum ex facti qualitate, singulorumque casuum circumstantiis pendeat, ideoque in sua sede videndum. *c*

Facti quoque est utriusque directæ, & contrariæ actionis exercitium, cum generaliter de jure certa sit ejus competentia, cum ejus sequelis refectionis ejus quod interest. *d*

Sub mandatariorum, vel administratorum nomine veniunt, infitores, & factores, alique quomodolibet aliena bona, vel negotia administrantes, ideoque ad rationum redditionem obligati; Data enim quali quali administratione pernecessè secum trahit hanc obligationem, à

qua testatoris, vel præponentis depositio, seu conventio non excusat, præterquam à scrupulosa, ne alias invitatio ad delinquendum resultet, nisi supremi Principis auctoritas accedat.

Socii quoque rem, vel negotium commune possidentes, ac promiscuè administrantes huic obligationi subjacent, quoniam unus alteri rationes reddere tenetur; Non tamen unus, alium ad id cogit, nisi prius ex ejus parte expleat; Multo verò magis, ubi alii non administrantes ab eo, qui administravit id petant. *e*

In his autem, vel similibus casibus, eadem intrat propositio, quæ in tutore, vel curatore insinuata est, ut ante rationum redditionem, non detur certæ summæ, vel rei creditum vel debitum, cum incertum sit, an unum, vel alterum, ex rationum redditione resultet; Nisi contumacia reddendi rationes, eam inducat malam præsumptionem, ob quam ad certam summam, vel rem sibi traditam in administrationem cogi potest, cum in dubio jactura non præsumatur. *f*

An autem substituendi facultas procuratori ad negotia, vel alteri attributa, trahatur ad casus, in quibus persona industria electa censetur, ideoque inverè similitudo resultat, facti potius est, quam juris, ex singulorum casuum circumstantiis, ac facti qualitate decidendum, ideoque certam regulam non recipit cuiusque casui applicabilem. *g*

Salarii, vel mercedis questiones frequenter audit foris; In tutore autem, vel curatore, receptum est de jure non deberi, nisi pretium, atque decretum sit ab initio, quod pro diversà Tribunalium praxi regulam recipit; In aliis autem, ubi non est conventum, regula generalis est negativa, ex personæ, vel administrationis consuetudine, vel natura limitanda; Ubi autem conventio accedat, questio esse solet, an debeatur, ubi ex casu, vel facto ejus, cuius administratio faciendâ est, servitium non præbetur, quod pariter facti potius est quam juris, ex singulorum casuum qualitate prudenti arbitrio decidendum. *h*

Revocabile autem, vel irrevocabile, an sit mandatum, vel aliud administratoris, seu economiæ manus, sub questione est, cujus decisio pariter ex facti qualitate recipit determinationem, potissimè an locationis, & conductionis mixtura accedat, quæ mandati naturam corrumpat. *i*

De fiscalium autem bonorum, ac iurium administrationibus, sub filici, seu Regalium materia agitur; Prout de procuratoribus, ac mandatariis ad iudicia, vel forensia negotia, tractatur in sua iudiciorum, ac praxis sede. *m*

Pleraque alia adunt, quæ sub hac tutorem, & curatorem, aliorumque administratorum materia cadunt, præmissis fortè majora, aded ut plus dicendum remaneat, quam dictum sit, de eis tamen in suis respective sedibus videndum est, cum juxta omnium materiarum generale institutum, non universæ materie compendiosa tractatio assumatur, sed eorum tanquam, quæ occasio dedit practicè in foro tractare.

b de hac materia culpe in mandato, disc. 15. & 16. & de Regal. disc. 117.

c d. disc. 15. & 16.

d cod. disc. 16.

e disc. 17.

f cod. disc. 17.

g disc. 19.

h disc. 18.

i disc. 20.

l sub tit. de Regalibus.

m sub tit. de iudicis.



JO. BAPTISTÆ  
**DE LUCA**  
**VENUSINI,**

S. R. E. Presbyteri Cardinalis;

**THEATRUM**  
**VERITATIS & JUSTITIÆ,**

SIVE DECISIVI DISCURSUS PER MATERIAS, SEU TITULOS  
distincti, & ad veritatem editi in forensibus controversiis Canonicis & Civilibus,  
in quibus in Urbe Advocatus pro una partium scripsit, vel consultus respondit.

**LIBER OCTAVUS,**

**De Credito & Debito, Creditore & Debitore.**

**CUM NONNULLIS RECENTISSIMIS SACRÆ ROTÆ**

*Romana Decisionibus ad materiam spectantibus; nec non Annotationibus, ac Discursibus, qui antea in Supplementis extabant, suis locis optime adjectis.*



**VENETIIS, MDCCXXVI.**

Ex Typographia Balleoniana.

*SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.*



IO BAPTISTA  
**DE LUCA**  
 VENUSINI  
 S. R. E. Presbyteri Cardinalis  
**THEATRUM**  
 VERITATIS & JUSTITIAE  
 SIVE DECISIVI DISCURSUS PER MATERIAS, SEU TITULOS  
 distincti, & ad veritatem eorum in forensibus controversis Canonice & Civiliter  
 in quibus in Urbe Advocatus pro sua patria legit, vel Consiliarius respondit.  
**LIBER OCTAVUS.**  
 De Credito & Debito, Creditore & Debitore.  
 CUM NONNULLIS RECENTISSIMIS SACRÆ ROTÆ  
 Romane Decisionibus ad veritatem hęc rationationibus, & Dispo-  
 sitionibus, qui tunc in supplementis editis, seu locis citatis adhibita.



**VENETIIS, MDCCXX.**  
 Ex Typographia Balleoniana  
 SUPERIORUM PERMISSU, NE MANU...

# INDEX ARGUMENTORUM, IN DISCURSIBUS.

Qui habentur in hoc octavo Libro de Credito, & Debito.

**DISC. I.**  
*Romana Salviani.*  
 An, & quando ille, de cuius pecunia dimissus est creditor anterior, vel potior, in istius locum succedat, adeo ut alios intermedios creditores, agendo, vel excipiendo repellere valeat, atque iura dimissi creditoris deducere.

**DISC. II.**  
*Romana pecuniaria.*  
 De eadem materia subintrationis ejus, cum cuius pecunia sit dimissio in locum primi creditoris in istius locum, saltem excipiendo, ac ad effectum se confovendi in possessione pignoris.  
 Et an creditor, cui per Judicem soluta fuit pecunia debitoris, cum obligatione de restituendo anterioribus, vel potioribus, & de contribuendo cum æqualibus, dicatur possessor, adeo ut excipiendo uti valeat iuris antiqui dimissi creditoris, quibus agendo uti non possit.

**DISC. III.**  
*Romana Salviani, seu concursus.*  
 De eadem materia concursus plurium, qui ob æqualitatem cause dimissionis eisdem antiqui creditoris, efficiantur æquales, an uni ex eis suffragetur possessio; Et quid, ubi eadem sit causa debiti dimissi, sed diversus sit modus debendi, quia nempe solutio distributa sit in plures pagas, ac in tempora; an ille qui credidit cum pacto subintrando pro dimissione primæ pagæ, dici valeat anterior alterius credentis pro solutione secundæ, ad materiam text. in l. Insulam, ff. qui potior. in pign. habentur.

**DISC. IV.**  
*Cremone. concursus.*  
 De eadem materia concursus plurium in eadem causa; Et in specie, an ille, qui credidit pro redemptione bonorum distractorum ad instantiam venditoris, qui erat creditor ex causa pretii, præferatur eidem venditori creditori ex eadem causa pretii residualis; Et de remissione hypothecæ ob consentum præstitum venditioni rei hypothecate, cujus pretium ab ipso creditore habitum sit.

**DISC. V.**  
*Ferrarien. montis Bentivolis.*  
 Posita subintratione in locum creditoris anterioris cum propria pecunia dimissi, ex cessione iurium, vel pacto de subintrando, an hæc subintratio, ac anterioritas suffragetur, tam pro sorte soluta, quam etiam pro fructibus postea decursis, in vim conventionis habitæ, inter debitorem, ac dimittentem.  
 Et incidenter, an nova additio facta alicui Monti, importet eandem anterioritatem, vel potioritatem primæ erectionis, in præjudicium creditorum medii temporis; Et an Princeps tollat hypothecam vel anterioritatem.

**DISC. VI.**  
*Romana ex vinculationis.*  
 De eadem materia concursus venditoris, qui dominium sibi reservavit pro residuali pretio, & creditoris, de cuius pecunia, alia pars pretii soluta est; Et an posito, quod venditor, ob reservationem domini, potior esse debeat, ista potioritas suffragari debeat etiam pro fructibus recompenlativis decursis pro summa residuali, adeo ut fructus habeat eandem naturam sortis.

**DISC. VII.**  
*Romana afflus, seu cedule.*  
 De concursu creditoris, & fidejussoris, qui partem crediti eidem creditori solvit, ad bona communis debitoris; Et an creditor teneatur cedere ejas iura, etiam contra seipsum, fidejussori, & quando.  
 Card. de Luca Lib. VIII.

**DISC. VIII.**  
*Romana pecuniaria.*  
 De concursu cedentis, & cessionarii in bonis debitoris; quid ubi cessio est cum clausula, dummodo contra cedentem retorqueri non possit, an tali casu, cedens agere valeat etiam pro iuribus posterioribus.

**DISC. IX.**  
*Romana Salviani.*  
 De concursu creditorum venientium ex debitis eadem die contractis, atque in eodem instrumento, vel scriptura contentis, ex diversa tamen causa, seu titulo, an inter eos detur ordo per prius, & per posterius ex ordine scripturæ, ut primo nominatus, dicatur alteri anterior, necne.

**DISC. X.**  
*Bononiæ. discussio.*  
 De Statu fori mercatorum Bononiæ decessi à quadriennio citra, nulla data differentia temporis, ac hypothecæ, quando locum habeat, vel respectivè limitetur; Et de aliis ad eisdem statuti materiam.

**DISC. XI.**  
*Eadem.*  
 De pluritate patrimoniorum, seu negotiorum eisdem debitoris, & an creditoris unius patrimonii, vel negotii, vincant alios indifferentes, seu alterius patrimonii, vel negotii, non curata prioritate temporis, & è contra.

**DISC. XII.**  
*Romana concursus.*  
 De concursu creditorum posteriorum cum assensu in officii venalibus, aliisque bonis differentibus in commercio non existentibus absque assensu Principis, vel alterius; An ubi talia bona, vel eorum pretium redduntur affecta creditoribus, debeat istorum conditio esse æqualis, vel etiam attendatur ordo temporis, seu ordo assensus.

**DISC. XIII.**  
*Romana concursus in bonis iurisditionalibus.*  
 De concursu creditorum super Cairtris, & bonis jurisdictionalibus allodialibus Baronum Status Ecclesiastici, inter posteriores habentes licentiam Apostolicam, & anteriores illa carentes; Et an Apostolicæ Constitutiones prohibentes dictorum bonorum alienationem, prohibeant etiam hypothecam; Et de eodem disc. 151.

**DISC. XIV.**  
*Romana domus.*  
 An in prohibitis obligari; cadat hypotheca super commoditate; Et quomodo, & quando ea sit exercibilis contra tertium, vel in concursu posterioris habentis obligatam ipsam rem, &c.

**DISC. XV.**  
*Romana pecuniaria, seu tabularum.*  
 De potioritate competente mutanti ad rem emendam, juxta terminos text. in l. licet C. qui pot. in pign. hab. seu mutanti ad rem rescindendam, vel conservandam, seu pro aliis expensis necessariis juxta terminos text. in l. interdum ff. eod. Ea de differentia inter unum casum, & alterum.

**DISC. XVI.**  
*Cornetana frumenti.*  
 De concursu, ac potioritate super fructibus fundi, inter locatorem pro pensione, & mutantem pro expensis culture, & recollectæ eorumdem fructuum; Et de potioritate locatoris in animalibus, quæ in fundo locato pascua sumperunt.



DISC. XVII.

Portuen. seu Romana pecuniaria. De eadem materia concursus locatoris pro pensionibus, & creditorum anteriorum conductoris, super fructibus rei locatae, si agatur de fructibus unius anni pro pensione decursa anni precedentis; Et quid in pretio ex ipsi fructibus retrahendo.

DISC. XVIII.

Cromonen. Prælationis. De concursu super animalibus, inter creditorem mutuantem ad illa emendum, & creditorem pro eorumdem pascuis, cuius potioritas debeat.

DISC. XIX.

Romana, seu Sabinen. pecuniaria. De privilegio Fisci super eius potioritate adversus creditores anteriores in bonis postea quaesitis; Et an istud privilegium competat Annona.

DISC. XX.

Urbinate. pecuniaria. De eadem materia privilegii fiscalis pro debito primipilari, vincendi indefinito creditores anteriores, etiam in bonis antea quaesitis; Et an istud privilegium sit in usu, & quando locum habeat.

DISC. XXI.

Romana gabelle. De privilegio potioribus concessio Gabellario pro gabella, in bonis exercentis artem, seu negotium mercium gabellabilem, de quibus bonis intelligendum veniat, & quomodo.

DISC. XXII.

Napoliense, seu Venusina pignorum. De potioritate creditoris posterioris possidentis pignus manuale rerum mobilium, adversus creditores anteriores, an competat necne; Et an creditor possit vendere, vel alteri pignori dare ipsum pignus, ut propterea ab eius exhibitione excusetur.

DISC. XXIII.

Romana Mercium. De concursu in mercibus inter creditores emptoris, & domini mercium, qui eas mercantili more transmiserunt debitori corresponsali, mercionium exercenti.

DISC. XXIV.

Romana Domus. De potioritate meliorantis rem debitoris, creditoribus hypothecatam, in ipsis melioramentis; Et quid si possessor qui melioramenta fecit, statum antiquum rei destruxerit, seu aliis deterioraverit, an melioramenta compensanda sint cum deteriorationibus.

DISC. XXV.

Romana Concursus. De potioritate creditorum ex causa depositi, adversus alios creditores indifferentes Bancherii, seu Campitoris, an & quando intret necne; Et quando debitum dicatur ex causa depositi, vel potius ex causa mandati.

DISC. XXVI.

Bononien. seu Veneta pecuniaria. De concursu domini pecuniae furatae, & creditorum hypothecariorum furis, in pecuniis penes eum repertis, ac in mercibus ex eisdem pecuniis emptis; Et quando res succedat loco pretii remissive.

DISC. XXVII.

Napoliense concursus. De potioritate creditorum defuncti in istius bonis, adversus creditores indifferentes, & privilegiatos hæredis; Et quid ubi agatur de bonis feudilibus, seu aliis differentibus, ac in libero commercio non existentibus.

Et incidenter, an assignatio facta creditoribus, dicatur pro soluto, vel pro solvendo, ad eum extinguitur primæva jura, primævaque hypothecæ, necne.

DISC. XXVIII.

Romana de Soderinis. An creditor chirographarius in sola actione personali, vincat creditorem cum hypotheca contracta post pignus prætorium ad favorem creditoris chirographarii jam sequutum; Et incidenter de concursu Hebræi mutuantis super pignore, an concurrat ratione hypothecæ cum aliis creditoribus, in eo quod pignoris valorem excedit; Ac etiam incidenter, an pro alimentis competat hypotheca.

DISC. XXIX.

Romana fructuum census. An creditor anterior postponendus veniat posteriori-

bus, eosque molestare non valeat in illis bonis, vel effectibus, in quibus ipse, non solum negligit, sed positive curavit non obtinere satisfactionem jam promptam, ad eum in illis bonis, vel eorum pretio, sibi præjudicaverit.

DISC. XXX.

Neapolitana concursus. De potioritate creditorum posteriorum in aliqua bonorum specie, adversus creditorem, cui consilium esse posset cum diversa bonorum specie, ad qua ipsi posterioribus actio non competat; Et an creditor anterior ita privilegiatus, a posterioribus cogi valeat, ut ejus jura experiat super bonis differentibus, ad limitationem text. in l. creditoris arbitrio, ff. de distract. pignor.

DISC. XXXI.

Romana fideicommissi de incoronatis. De potioritate creditoris posterioris ex causa onerosa, adversus anteriorem ea causa lucrativa, an, & quando intret necne.

DISC. XXXII.

Romana Salviani de Saraceni. De concursu creditorum posteriorum cum anteriori jam satisfacto, mediante assignatione bonorum, qua postea evicta fuerit, seu mediante solutione pecuniarum ab eo postmodum avocata, ideoque regrediente ad primæva jura; An, & quando iste regressus competat; Et quatenus competat, an ille intret etiam pro fructibus, vel usuris, si aliis debitum erat fructiferum, vel usurarium.

DISC. XXXIII.

Fansen. prædi. De secundo creditore cum publico instrumento, vincente primum cum scriptura privata, necne, ad materiam text. in l. scripturas, C. qui pot. in plen.

DISC. XXXIV.

Romana Salviani de Zeccadoris. De creditore posteriore, vel alio possessore, postorius jus habente, excludente creditorem anteriorem ex defectu hypothecæ, ut potest remissis per consensum ab eo postmodum eius alienationi; Et quid ubi resalienata reincidat in dominium debitoris, an ea reincidat sub priori hypotheca, vel saltem sub hypotheca generali bonorum futurorum.

DISC. XXXV.

Romana Salviani seu fundati. De eadem materia secundi creditoris, vel tertii possessoris jus habentis post contractam hypothecam favore primi creditoris, quando istum excludat, ob remissionem hypothecæ resultantem ad consensum præstito alienationi rei hypothecatæ, sive ab ejusdem alienationis approbatione, & quando hæc sequi dicatur.

DISC. XXXVI.

Tarentina pecuniaria. Et incidenter, an, & quando merces de novo introductæ in taberna, succedant loco antiquarum, atque cadant sub hypotheca, cui illæ subjacebant, ad materiam text. in l. cum taberna, ff. de pignor.

DISC. XXXVII.

Terracinen. pecuniaria. Et hac occasione generaliter agitur de materia subrogationis, quando scilicet pretium succedat loco rei, seu res loco pretii &c.

DISC. XXXVIII.

De concursu creditorum hæredis cum creditoribus defuncti, in eisdem hæredis bonis propriis, an scilicet, & quando ista cadant sub hypotheca per defunctum contracta; Et præsertim quid ubi adsit obligatio cameræ, & quando hæc continere quid ubi adsit obligatio cameræ, & quando hæc continere dicatur obligationem bonorum hæredis.

DISC. XXXIX.

Et quando in bonis hæredis intret hypotheca legalis ad beneficium creditorum defuncti, ob alienationem, vel malam administrationem bonorum hæreditariorum.

DISC. XL.

De eadem materia hypothecæ bonorum hæredis, contentæ

in obligatione cameræ, an capiat bona secundi, vel mediati hæredis, quia nemp sit hæredis hæres.

DISC. XXXIX.

Anonitana pecuniaria, seu concursus. An in bonis depositariis, vel administratoris Ecclesiæ, vel Loci pii, competat hypotheca legalis; Et de differentia inter administratorem voluntarium, & necessarium.

DISC. XL.

Senen. An hypotheca seu hypothecaria extinguatur eo ipso, quod creditor succedit debitori, etiam in præjudicium tertii jus habentis super eo credito hypothecario anteriori; Vel potius resulet simplex confusio actionum ratione incompatibilitatis, quæ præjudicet ipsi adeunti, non autem tertio; Et incidenter, an debitor possit repudiare, vel nolle querere in præjudicium creditorum id, quod deseratur a statuto, præsertim dotem maternam.

DISC. XLI.

Auximana. De eadem materia confusio actionum per aditionem hæreditatis, ac etiam de administratione bonorum debitoris facta per creditorem, ex quibus creditor posterior excludatur anteriorem.

DISC. XLII.

Maceraten. An creditores hæredis gravati, vel possessoris fideicommissi, actionem habeant ad bona fideicommissaria, etiam post cessatum, vel resolutum jus eorum debitoris, ac factum casum restitutionis, si idem debitor obtinuerit a Principe facultatem alienandi aliqua bona, cum derogatione fideicommissi, quoties talis facultas ad exercitium deducta non sit.

DISC. XLIII.

Romana conversationis pretii. An creditor ex duplici causa obtinens bona, vel pecunias debitoris, possit id referre ad causam posteriorem, seu minus privilegiatam, in præjudicium creditoris intermedii, ita repellendi cum alia causa anteriori, vel potiori; Sive an pro interesse fidejussoris, vel alterius interessati, cogi possit creditor ex duplici causa, solutionem referre ad causam posteriorem tanquam duriorum, pro ipsius fidejussoris, vel alterius indemnitate, ipso creditore volente eam referre in causam anteriorem.

DISC. XLIV.

Viterbien. pecuniaria. De eadem materia, an scilicet creditor ex duplici causa, solutiones sibi à debitor factas, in unam potius quam in aliam referre possit, vel respective teneatur, in præjudicium vel respective pro indemnitate tertii, puta alterius creditoris, vel fidejussoris.

DISC. XLV.

Romana Salviani. De eadem materia solutionis referendæ magis in unam, quam in alteram causam; An et creditor & debitor, ex causa erroris retrahere possint solutionem factam in unam causam, illamque referre in alteram, in præjudicium tertii.

DISC. XLVI.

Romana seu Albanen. pecuniaria. An, & quando in præjudicium creditoris anterioris, posteriori competat cum seipso creditum sibi superventum, cum ejus proprio debito, quod anteriori affectum erat.

DISC. XLVII.

Romana pecuniaria, seu compensationis. De eadem materia compensationis cum se ipso, an intret in præjudicium creditoris anterioris quando creditum, & debitum competunt, non solum ex diversa causa, sed etiam ex diverso jure, sive ex diversa persona, ob concursum plurium personarum formalium in una materiali.

DISC. XLVIII.

Maceraten. census. De eadem materia compensationis non faciendæ cum seipso in præjudicium creditoris, postquam debitoris de coctio supervenit; Et potissimè ubi creditum cum quo allegatur compensatio, non sit purum, quantitatis, sed proveniat ex causa census.

DISC. XLIX.

Januen. seu Neapolitana pecuniaria. De eadem materia compensationis faciendæ cum seipso in Card. de Luca Lib. VIII.

præjudicium creditoris anterioris; Et quando tracta per mundinas dicatur acceptata, & soluta sibi ipsi nomine proprio, vel tanquam procuratori debitoris. Et incidenter de invalido contractu facto per tutorem, emendo, vel recipiendo cessatione nominis non idonei, vel suspecti.

DISC. L.

Romana pecuniaria. De eadem materia compensationis cum se ipso, non admittendæ in præjudicium creditoris anterioris, ratione male fidei, vel etiam ex privilegio ipsi creditori competenti, ratione publicæ administrationis, seu communicationis privilegiorum fieri.

DISC. LI.

Romana, seu Veneta cambiorum. An in præjudicium creditorum illius, qui faciat tractam alteri, possit iste, qui eam recusat, deinde illam implere ad commodum sui ipsius, unde resulet damnnum facientis tractam, vel præjudicium creditorum, seu tertii.

DISC. LII.

Romana avocationis pecuniarum. An, & quando creditori anteriori competat avocatio pecuniarum solutarum creditori posteriori, quavis consumptæ, vel commixtæ; Et quatenus avocatio competat contra plures posteriores, quibus solum est, an anterior teneatur servare ordinem, atque exequere ultimos, vel potius in ejus electione sit pulsare intermedios, qui cum ultimis eadem avocationem exercent.

DISC. LIII.

Romana cautionis. An, & quando creditores, præsertim hæreditarii, teneantur recipere pecuniam sibi debitam, cum cautione de restituendo; Et quatenus teneantur, eamque præstare non possint, quomodo consilium sit; Ac etiam, an ob hujusmodi vinculum, actionem habeant contra debitorem, ad quanti interest pecuniam solvi liberam, & de effectibus ex hujusmodi cautione resultantibus.

DISC. LIV.

Romana Salviani, seu domus. De eadem materia, quando scilicet creditores cogantur recipere pecuniam vinculatam; Et an bona debitoris, de judicis mandato vendita ad instantiam creditorum, transeat libera in emptorem, adeo super eis exerceri non valeant actiones, vel remedia, quæ ratione hypothecæ competunt.

DISC. LV.

Romana pecuniaria de consiliis. An & quando creditor creditoris, actionem habeat contra debitorem mediatum, non obstante solutione facta proprio creditori immediato; Et quid ubi accessit accollatio, an ea non obstante, proprio creditori solvere possit, ac liberationem obtineat.

DISC. LVI.

Bononien. dilationis. De eadem materia, an creditor agere possit contra debitorem sui debitoris, non obstante solutione facta, sive dilatione debitori concessa per immediatum creditorem.

DISC. LVII.

De eadem materia, an creditor agere possit contra debitorem alicujus paghæ, vel alterius implementi, cesset sibi concessa, sive aliud præjudicium resulet.

DISC. LVIII.

Romana mercedis. An, & quando creditor agat contra debitorem ad solutionem debiti, non obstante remissione, vel condonatione, ex defectu implementi; Et an adversus istud detur purgatio moræ, vel restitutione in integrum, sive supplementio ejus, quod interest tantum.

DISC. LVIII.

Romana supplementis legitime. An, & quando creditor cogat debitorem ad solutionem, non obstante, quod ille solverit de mandato Judicis, vel alterius superioris; Et quando id excuset solventem.

DISC. LIX.

Romana multiplici. De eadem materia, an scilicet, & quando creditores agere possint contra debitorem sui debitoris, non obstante solutione facta proprio, ac immediato creditori; Et quando dilatio concessa debitori non debeat attendi in



prajudicium creditorum, vel cesset ob solutiones statuti terminis non factas.

**DISC. LX.**

*Neapolitana seu Tranen. pecuniaria.*  
An creditor agat contra debitorem, non obstante, quod huic supervenerint jura contra ipsum creditorem, quorum ratione opponat de compensatione, vel retentione: Et quid ubi jura supervenerint ex procurata, & voluntaria cessione; Et incidenter de aliquibus ad ad materiam text. in leg. per diversus, & leg. ab Anastasio, Cod. mandat.

**DISC. LXI.**

*Romana pecuniaria.*  
An creditor impediatur exigere creditum certum, & liquidum pro debito illiquido pendente à redditione rationum administrationis, adeat intret compensatio, necne.

**DISC. LXII.**

*Viterbien. Cambiorum.*  
De eadem materia, an scilicet creditori ex una causa, obstat exceptio redditionis rationum administrationis diversæ; Et in specie, an socio, qui in causa negotii socialis, propriam pecuniam, cum particulari contractu creditur, dicta exceptio administrationis obstat.

**DISC. LXIII.**

*Rheginen. pecuniaria.*  
De eadem materia; Et an creditori obstat exceptio compensationis ejus, quod ipse debeat ejus debitori, tanquam hæres alterius, cum credito proprio.

**DISC. LXIV.**

*Romana pecuniaria.*  
An creditori agenti contra debitorem, vel debitorem debitoris, obstat, sibi facta cessio nominis debitoris, seu obstat aliquod assignamentum; Et quando id censetur factum pro soluto, vel pro solvendo; Sive de qua exigibilitate teneatur debitor, qui cessionem, vel assignationem fecit, an de illa juris tantum, vel etiam de illa facti, & quando de utraque, vel de neutra &c.

**DISC. LXV.**

*Neapolitana pecuniaria.*  
De eadem materia, an scilicet, & quando creditor, non obstante cessione, vel assignatione sibi facta per ejus debitorem de nominibus debitorum, vel de aliis effectibus, contra eum regressum habere valeat, primæque jura exerceret; Et sic an cessio, vel assignatio, dicatur pro solvendo, vel pro soluto.

**DISC. LXVI.**

*Romana pecuniaria seu adjecti.*  
An creditor actionem habeat contra debitorem ex primævo jure, seu causa, non obstante solutione quæ facta sit adjecto, non in pecunia, sed in alia re; Et an adjectus, recipiendo rem pro re, liberet debitorem; Et quando bona per debitorem creditori data censentur in solutum, vel in pignus.

**DISC. LXVII.**

*Romana seu Terracinen. pretii bubularum.*  
An transusio unius contractus in alterum incompatibilem, tollat primævas obligationes, & hypothecas, quas creditor exercere valeat, necne; Et quid in hoc operetur protestatio, sive priorum jurium reservatio.

**DISC. LXVIII.**

*Romana falsitatis Ordinum.*  
An creditor actionem habeat contra debitorem, non obstante solutione vera, & effectiva, quam debitor fecerit cum ordinibus ipsius creditoris, qui falsi, vel alterati detegantur; Sive ubi solutio fiat famulo, vel alteri, cuius opera creditor uti solebat, præsertim si asserat aliquod signum.

Et quatenus debitor non liberetur, quid dicendum sit in depositario ita depositum restituerente; Et quæ differentia sit inter depositarium, & simplicem debitorem; Et de diversis speciebus depositarii.

**DISC. LXIX.**

*Romana depositi, seu indemnitas.*  
An deponens actionem habeat contra depositarium ob depositi fidem, seu cedulam factam ab ipsius depositarii, seu banci ministro, quamvis verè depositum factum non sit; Et an in hac depositi materia admittatur exceptio non numeratæ pecuniæ; Et de actione contra ministrum.

**DISC. LXX.**

*Romana census.*  
An creditor, qui creditum alteri cessit, valeat, cessione non obstante, debitorem quamvis in vitum cogere, atque contra eum ejus actiones exercere, sive ab eo solutionem debiti recipere, seu alius debitorem liberare, vel debitum novare, in præjudicium cessionarii.

**DISC. LXXI.**

*Romana transactionis.*  
An, & quando creditor actionem habeat contra debitorem occasionalem, seu casualium ad sui favorem obligatum, quamvis cessaret causa debendi, ob quam se obligavit; Et de materia obligationis casualium.

**DISC. LXXII.**

*Romana pecuniaria, seu de in rem verso.*  
An, & quando creditor, qui alterius mandatario, vel negotiorum gestori, pecuniam creditur pro dissolvendo ære alieno mandantis, habeat contra istum actionem mandatari, vel negotiorum gestorum, sive de utili in rem verso.

**DISC. LXXIII.**

*Romana pretii Paris.*  
De eadem materia, an scilicet creditor unius, actionem habeat contra tertium, ad cuius utilitatem pecunia, vel bona data versa sunt; Et in specie, an ille, qui dedit panem, vel alia victualia, actionem habeat contra eum, qui alimenta accepit, seu an dominus domus locatæ, contra cum qui habitavit &c.

**DISC. LXXIV.**

*Januen. constituti.*  
De actione de constituta pecunia, an, & quando creditor eam habeat contra eum, qui se constituit solvere debitum tertii, quod apparatus non debet.

**DISC. LXXV.**

*Romana societatis.*  
An, & quando creditores alicui negotii, seu rationis campioræ, actionem habeat contra eum, qui proprium nomen negotio accomodavit, seu passus est illud adhiberi; Et quando socius, etiam post dissolutionem societatis, obligatus remaneat ad debita per sociale negotium contracta.

**DISC. LXXVI.**

*Romana pecuniaria, seu administrationis.*  
An efficiatur quis debitor alterius nomine proprio, ob pecunias ei simpliciter traditas, causa non expressa; Vel potius pecuniarum traditio referenda sit ad nomen administratorium, adeo ut debitum, vel creditum pendeat à redditione rationum negotii administrati.

**DISC. LXXVII.**

*Romana simulationis mutui.*  
De debito, vel credito simulato circa causam, quod tamen in substantia, licet ex causa diversæ, sit verum, quia nempe debitum ex una causa, asseratur in illam mutui; Et quid ubi accedat etiam simulatio personæ, an sit experibile, necne; Et quando causæ, vel personæ simulatio, obstat, vel non obstat.

**DISC. LXXVIII.**

*Romana pecuniaria, seu indebiti.*  
De eadem materia simulationis causæ debendi, ac personæ debitoris, quod scilicet tertius, pro debito alterius ex diversâ causa, se constituat debitorem, ex causa mutui sibi facti, an ejus obligatio, seu constitutum cesset, probando indebitum; Et aliqua de fide præstanda libris mercantilibus favore ipsius scribentis.

**DISC. LXXIX.**

*Romana pecuniaria, seu confessionis.*  
An, & quando debitum probetur per confessionem extrajudicalem parte præsentem, vel absente, respectivè, & de eorum confessionum interpretatione; Et quid de confessionibus contentis in epistolis familiaribus directis eidem creditori, vel tertio.

**DISC. LXXX.**

*Anconitana pecuniaria.*  
De eadem materia probationis debiti per confessionem extrajudicalem; Et quid ubi ista continetur in testamento postea revocato, quod exprimat qualitatem, ut facta sit pro exoneratione conscientie.

**DISC. LXXXI.**

*Bononien. de Gestis.*  
De probatione debiti per scripturam privatam habentem solam subscriptionem debitoris, an sit sufficiens, ob possibilitatem, quod subscriptio esset in folio, in albo, ad alium finem fiduciariè alicui dato.

**DISC. LXXXII.**

*Neapolitana mutui.*  
An ex mutuo facto Abbati, vel Priori, seu Procuratori, acquiratur actio contra Monasterium, vel Conventum; Et quando creditori incumbat onus probandi versionem.

**DISC. LXXXIII.**

*Romana mutui.*  
An debitum contractum per Religiosum professum, egressum, seu destinatum in Episcopum, unde immincat egressus à Religione, sit validum, & obligatorium, adeo ut debitor ad solutionem urgeri possit.

**DISC. LXXXIV.**

*Mantuanæ relevationis.*  
De obligatione contracta per procuratorem, seu mandatarium excedentem normam, seu fines mandati, an afficiat mandantem, ubi excessus non sit circa substantiam debiti, sed circa personam creditoris, vel circa alia accidentia.

**DISC. LXXXV.**

*Romana litterarum cambii.*  
An procurator, vel minister alicujus Magnatis, acceptando litteras cambii, efficiatur debitor de proprio ejus, cujus favore conscriptæ sint litteræ.

**DISC. LXXXVI.**

*Romana pecuniaria de Ornanis.*  
An pro debitis contractis per filium, pro exercendis publicis muneribus, vel pro ejus sustentatione, competat actio creditoris contra patrem.

**DISC. LXXXVII.**

*Anconitana mercium.*  
An creditor, qui pecunias, vel merces creditit uni ex sociis, obligatus habeat omnes alios, quamvis creditum versum non esset in negotium sociale, adeo ut socius ignarus à consocio obligetur.

**DISC. LXXXVIII.**

*Maceratæn. seu Firmans societatis.*  
De eadem materia, an scilicet quis obligetur ex facto socii, adeo ut creditori competat contra eum actio directa; Et de differentia inter socium, & participem; Et an Fiscus, vel Respublica, seu Civitas in hac materia sit in aliquo privilegiata.

**DISC. LXXXIX.**

*Viterbien. pecuniaria.*  
De eadem materia, quando quis dicatur socius, vel participes, sive quando debitum contractum, vel negotium gestum per socium, dicatur in causam socialem, atque obliget consocium, necne.

Et quando damnus, quod in negotio sociali contingit, unius, & non alterius socii damno, ob culpam, vel aliud factum, cedere debeat.

**DISC. XC.**

*Viterbien. laudationis.*  
An creditor actionem habeat contra debitoris approbatorem, seu laudatorem, qui fidejussoris loco stare dicatur; Et quatenus habeat, quomodo excussio faciendâ sit.

**DISC. XCI.**

*Januen. cambiorum.*  
De obligatione fidejussoris pro eo, qui ex duobus invicem negotiantibus remanebit debitor alterius; an restricta censetur ad debita, ex negotio jam contracta de tempore obligationis, vel etiam comprehendat alia in futurum contrahenda.

**DISC. XCII.**

*Januen. fidejussoris.*  
De Statuto Januæ perimente fidejussiones judiciales per lapsum quinquentium; Et an fidejussor habeat actionem indemnitas contra principalem, si neglexit opponere exceptiones, cum quibus poterat se tueri.

Et incidenter de variatione monetæ, cujus damno cedat.

**DISC. XCIII.**

*Melitanæ pecuniaria, seu cambii.*  
De obligatione fidejussoris restricta ad certum casum, ut non afficiat, nisi per creditorem doceatur de casu purificatione; Et in specie de conditione barattariæ, quando purificata dicatur; Et an ea resultet ex mutatione itineris.

**DISC. XCIV.**

*Romana fidejussoris.*  
An, & quando obligatio fidejussoris cesset per mortem, vel aliam immutationem status debitoris; Et an fidejussor

for de præsentando debitorem principalem intra certum tempus, dicatur morosus ex solo lapsu temporis, vel potius nova requisitio necessaria sit.

Et an creditor diu negligens sua jura, experiri contra principalem debitorem alius idoneum, tractu temporis minus idoneum effectum, actionem habeat contra fidejussorem.

**DISC. XCV.**

*Camerinen. pecuniaria.*  
An fidejussor, qui totum debitum solvit creditori, reportata jurium cessione in vim obligationis insoludum, agere valeat contra unum, vel aliquos ex pluribus confidejussoribus ad totum debitum, vel solum agat contra quemlibet pro virili; Et quid ubi non sint confidejussores, sed correi; Et quæ differentia sit inter confidejussores, & correos, atque inter casum, in quo adfit cessio creditoris, & casum, in quo, non existente cessione, agatur ex beneficio divisionis de jure competente.

**DISC. XCVI.**

*Romana societatis Officii.*  
De obligatione fidejussoris restricta intra certum tempus, an istud adjectum censetur causa extinguendæ obligationis; Et quid de eadem obligatione concepta sub conditione diligentiarum prius adhibendarum per creditorem contra principalem debitorem, quando ista conditio impleta dicatur, ut contra fidejussorem agi valeat.

**DISC. XCVII.**

*Civitatensis Castellii Census.*  
De Statuto tribuente fidejussori actionem impetendi exemptionem ab obligatione, an, & quando locum non habeat; Et quomodo quis dicatur fidejussor, vel respectivè principalis.

**DISC. XCVIII.**

*Romana Maritorie.*  
Fidejussor de representando, an excusetur ob moratorium à Principe, principali debitori concessum; Et an idem fidejussor liberetur, si ex facto creditoris, vel Judicis, principalis debitor aufugiat, seu alias mutaverit statum.

**DISC. XCIX.**

*Romana cautionis.*  
Obligatio fidejussoris de iudicatum solvendo præstita coram uno Judice, qui dedit absolutorium, an evanescat cum illa instantia, adeo ut non duret pro iudicato per Judicem appellantis.

Demandata per Judicem cautione hinc inde, an cautio præstita per unam partem evanescat, si altera pars eam non dedit.

**DISC. C.**

*Bononien. expensarum.*  
De eadem materia fidejussionis præstitæ in una instantia, seu in uno iudicio, an duret, si causa ulteriorem progressum habeat in aliis instantiis, & coram diversis Judicibus.

Et in specie quid in terminis Statuti Bononiæ.

**DISC. CI.**

*Romana obligationis.*  
An, & quando obligatio fidejussoris subsistatur, non obstante invaliditate obligationis principalis, vel alia exceptione illi competente.

**DISC. CII.**

*Romana pecuniaria.*  
Fidejussoris obligatione restricta ad certam summam, seu partem debiti, an, si deinde principalis debitor eam summam solverit, fidejussoris obligatio adimpleta dicatur, necne, quia in eam causam solutio referenda sit, vel potius talis obligatio intelligatur pro summa residuali.

**DISC. CIII.**

*Romana fidejussoris.*  
An, & quando fidejussor, quamvis nullas recipiat molestias, agere possit contra principalem debitorem, ut eum eximat ab obligatione; Et de interpretatione conventionum, & pactorum faciendâ potius ex substantia veritatis, quam ex figura, seu grammaticali sensu verborum.

**DISC. CIV.**

*Recanaten. census.*  
De eadem materia attendendi in obligatione debitoris, relevandi fidejussorem, potius substantiam veritatis, quam sonum verborum; Et an fidejussor, qui in gratiam debitoris in pluri se obligavit, actionem relevatio-



vationis habeat, quamvis hæc in minori summa promissa sit.  
Et incidenter, an obligatio cameralis trahatur ad omnia enunciata in instrumento, si dispositiva sit magis stricta, quam narrativa.  
Et an cessio ex intervallo, per creditorem, correo, vel fideiussori fieri valeat.

**D I S C. CV.**

*Romana pecuniaria.*  
An, & quando fideiussor agat contra principalem creditorem pro indemnitate, seu relevatione, ob quietantiam debiti reportata a creditore, non confitito de vera, & effectiva solutione, seu quomodo de ista constare debeat.

**D I S C. CVI.**

*Romana assicuratiōis olei.*  
De pluribus ad materiam assicuratiōis pertinentibus; Et præsertim, quando dicatur commissi barataria, quæ per assurectores exceptuata sit; Et de duplici assicuratiōe, quando sit prohibita.

**D I S C. CVII.**

*Romana assicuratiōis frumenti.*  
De eadem materia assicuratiōis; Et in specie de illius duplicitate, ac de invaliditate ob non deductionem octavæ partis; Et de valore mercium assicuratarum, an scilicet attendi debeat locus, à quo, vel ad quem, Et de mercium concordii valuatione.

**D I S C. CVIII.**

*Romana seu Neapolitana assicuratiōis.*  
De eadem materia assicuratiōis; Et an error in expressione loci, seu portus, in quo merces oneranda sunt, vitiet, necne assicuratiōem.

Et si sunt merces diversarum specierum cum distinctis pretiis, an dicantur plures diversæ assicuratiōes, vel potius unica, pro casu, quo periculum contingat in una, & non in altera specie, ad effectum compensationis mercium existentium cum peremptis.

**D I S C. CIX.**

*Romana assicuratiōis mercium.*  
De eadem materia assicuratiōis; Et an facta de tempore, quo casus periculi jam sequutus erat, valeat, necne, Et cui incumbat onus probandi verisimilem notitiam casus jam sequuti, an assicurato, vel assurectori.

**D I S C. CX.**

*Januensis assicuratiōis.*  
De eadem materia assicuratiōis, cujus invaliditas prærendatur ex defectu mandati, seu facultatis, ratione qualitatis navis, quia nempe data sit facultas super una specie navium, & assurectio facta sit super altera; Atque si super ea specie fieri tantum poterat in certa summa, & facta sit in majori, an actus vitietur in totum, vel potius in solo excessu.

**D I S C. CXI.**

*Romana pecuniaria, seu cambii maritimi.*  
De eadem materia assicuratiōis, quæ fiat de pecunia data ad cambium maritimum, an exigat præcisa probationem onerationis pecuniæ, seu mercium cum ea emptarum, & quid proprie iste contractus contineat.

**D I S C. CXII.**

*Interamnen. seu Romana pecuniaria.*  
An creditor, ante diem agere possit contra debitorem suspectum ad solutionem, vel saltem ad assicuratiōem; Et incidenter, an creditor, qui ex processu inordinato, seu nullo, possideat bona debitoris, concedenda si retentio eorundem bonorum ratione inanis circuitus, necne.

**D I S C. CXIII.**

*Interamnen. pecuniaria, seu Romana nullitatis captivæ.*  
De debitore suspecto de fuga, & quando creditor procedere possit ad executionem de facto, non servato debito, & consueto iuris ordine.

**D I S C. CXIV.**

*Romana partitorum.*  
An præstentis creditor pro credito adhuc illiquido, & litigioso, petere possit à colligante, quem præstendat debitorem, assicuratiōem iudicii, vel sequestrum bonorum, ob mutationem domicilii lite pendente.

**D I S C. CXV.**

*Romana pretii officiorum.*  
An, & quando creditor convenire possit debitorem in di-

verso loco, quam in illo contractus, vel destinata solutionis; Et incidenter, de fructibus recompenfatiis pretii officiorum vacabilium, an debeantur, & quomodo; Et quid ubi illud convertum sit in alium contractum.

**D I S C. CXVI.**

*Monsopolitana pecuniaria.*  
An, & quando creditor actionem habeat contra debitorem in processu executionis, vel potius ejus actionem experiri teneatur in iudicio ordinario; Et in specie de iudicio executionis iuxta formam Ritus M. Curie Vicariæ Neapolis; an sit exercibile cum clerico, & in foro ecclesiastico, quamvis accedat pactum; Et quid de obligationibus penes acta.

**D I S C. CXVII.**

*Romana pecuniaria.*  
An, & quando creditor, per silentium 30. annorum, amittit viam executionis sibi alias competentem, quæ præscribitur; Et de eisdem viis executionis vulneratiōe resiliante a sententia absolutoria, quando intret, necne.

**D I S C. CXVIII.**

*Romana liberatiōis à molestiis.*  
De privilegio debitoris, ne conveniri possit ultra quam &c. seu de beneficio deducto, ne cogat, competente clericis, an admittat competat professoribus militiarum ecclesiasticarum.

**D I S C. CXIX.**

*Romana beneficii deducto &c. seu cap. Odoardus.*  
De eadem materia beneficii deducto &c. competente clericis ex cap. Odoardus, an locum habeat in debito proveniente ex causa administrationis, sive ubi alias debitum culpolum dici valeat; Et an hoc beneficium competat clerico in minoribus, præsertim conjugato; Et quid in debito contracto cum obligatione camerali.

**D I S C. CXX.**

*Romana admisionis ad beneficium deducto &c.*  
De eadem materia beneficii deducto &c. competente clerico ex cap. Odoardus, an suffragetur condemnato per tres sententias conformes; Et quid pro expensis judicialibus; Et quando dicatur debitor dolosus, ut sit hoc beneficium indignus, præsertim si alias ad illud admissus fuerit.

**D I S C. CXXI.**

Et de taxa, seu congrua alimentaria debitori reservanda.  
*Nullius, seu Baren. pecuniaria, seu dotis.*  
De beneficio deducto &c. competente fratri, vel patri, seu alteri, præsertim debitori ex causa dotis; Et quid ubi sit debitor ex altera causa magis correspondiva; Et an intret, quando creditor est etiam pauper.

**D I S C. CXXII.**

*Perusina pecuniaria.*  
De eodem beneficio deducto &c. quod de jure competit Doctoribus, & Professoribus, an sit in usu, & ad quem effectum admitti debeat; Et de eodem beneficio competente senibus, quod sub vocabulo septuagenaria vulgo explicatur.

**D I S C. CXXIII.**

*Romana pecuniaria, seu præstentis donationis.*  
De exceptione per debitorem allegata invalida obligationis sine causa; Vel ex ista falsa, seu turpi, an, & quando admittenda veniat, atque creditor obstat.

**D I S C. CXXIV.**

*Romana pecuniaria, seu fructuum.*  
De promissione facti alieni, an, & ad quid obliget promittentem, seu debitorem promissi implementi.

**D I S C. CXXV.**

*Viterbien. pecuniaria.*  
De exceptione indebiti, seu præsumptæ remissionis; Vel de materia conditionis dati sine causa, vel ob causam, quæ non sequitur &c.

**D I S C. CXXVI.**

*Romana pecuniaria.*  
De exceptione circuitus, quæ per tertium possessorem, vel secundum creditorem, ac etiam per eundem debitorem opponatur creditori habenti in manibus bona debitoris, ne super aliis bonis agere valeat, ad materiam textus in l. creditoris arbitrio, ff. de distrad. pign. Et in l. 2. Cod. de pignor. Et quando prius fieri debeat excusio bonorum specialiter hypothecatarum; Et incidenter de aliquibus ad materiam Bullæ Baronum.

**D I S C. CXXVII.**

*Viterbien. donationis.*  
An creditor posterior non privilegiatus repellat anteriorem privilegiatum agentem super bonis liberis, ut ejus jura experiri debeat super bonis differentibus, ad quæ ipse habeat jus agendi; quod aliis non competit, ut omnibus ita consultum sit; Et de aliquibus ad materiam Bullæ Baronum.

**D I S C. CXXVIII.**

*Ariminen. dotis.*  
An, & quando creditor repellatur per exceptionem præsumptæ fraudis, vel occupationis bonorum debitoris; Et præsertim de Statuto Ariminen. disponente, ut mortuo viro, uxor teneatur infra certum terminum facere inventarium bonorum mobilium viri, quodque alias pro ejus credito dotali agere non possit, atque repellatur cum juramento hæres debitoris.

**D I S C. CXXIX.**

*Romana repetitiōis indebiti.*  
De præscriptione Statutaria resiliante à Statuto Urbis per lapsum 16. annorum, an, & quando intret, necne; Et præsertim, an intret ad effectum repetendi jam solutum tantum indebitum; Et aliqua de repetitione indebitum solutum voluntarie, & solutum coactè.

**D I S C. CXXX.**

*Romana pecuniaria.*  
De eadem materia præscriptionis flautariæ, ut non intret cum creditore ignaro; Et an Statutum locum habeat cum forensibus, vel cum clericis.

**D I S C. CXXXI.**

*Bituntina salviani.*  
De exceptione præscriptionis ad terminos juris communis, an, & quando suffragetur debitori; Et quid de ejus herede, an huic obstat mala fides, quæ obstatet principali debitori; Et de hac materia præscriptionis.

**D I S C. CXXXII.**

*Melvitana pecuniaria, seu dotis.*  
De exceptione præsumptæ solutionis deductæ ex lapsu temporis, & aliis admitticulis, ad materiam textus in l. Procula, ff. de probat.

**D I S C. CXXXIII.**

*Urbinate. pecuniaria, vel salviani.*  
De exceptione solutionis resiliante ex fructibus pignoris prætorii, seu per creditorem perceptis ex bonis, ad quæ in interdictione salviani immisissus fuit; Et an teneatur etiam de percipiendis; Et quæ differentia sit inter pignus prætorium, & conventionale; Et in specie, quid ubi agatur de domo, quam ipsemet creditor inhabitaverit.

**D I S C. CXXXIV.**

*Romana reintegratiōis.*  
De eadem materia exceptionis satisfactiōis resiliantis ex fructibus perceptis per creditorem immisissum in salviano, de quibus teneatur; Ac etiam de eorundem fructuum valore, an scilicet creditor teneatur illos conservare, & vendere de tempore, quo carius vendi solent; Et an tam circa quantitatem, quam circa valorem stetur ejusdem creditoris notulæ, & an hæc perneccesse debeat esse jurata.

**D I S C. CXXXV.**

*Anconitana bonorum.*  
Datio, vel assignatio bonorum, quam debitor, alio titulo non expresso, faciat creditori, an importet pignus, vel datationem insolutam, & de effectibus, qui ex una, vel altera specie resultant.

**D I S C. CXXXVI.**

*Romana census.*  
An posita certa qualitate pignoris conventionalis, vel prætorii, resiliat altera implicita qualitas datationis in solutum, ad effectum faciendi suos fructus, vel ad alios effectus exinde resultantes, ex eo quod pretium pignoris sit inferius credito, vel illud adqueat, unde propterea dicatur habitum pro derelicto.

**D I S C. CXXXVII.**

*Eadem inter easdem partes.*  
An creditores, jus, vel actionem habeant ad bona, quæ debitori delata fuerunt ex causa successiōis ab intestato, vel ex testamento, sive ex legato, vel ex fideicommissio, aut pro legitima, alioque jure.

**D I S C. CXXXVIII.**

*Romana legitima.*  
De eadem materia debitoris non agnoscentis, vel repu-

diantis legitimum, in præjudicium creditorum; quid dicendum sit, ubi transigendo, partem acceptet, ac partem dimittat.

**D I S C. CXXXIX.**

*Romana cambiorum, vel supplementiōis.*  
Ad eandem materiam, de qua supra disc. 53. An scilicet, & quando creditor, qui cogitur accipere pecuniam vinculatam, vel cautionem præstare, actione habeat contra debitorem, ut eum eximat a cautione, vel tollat pecuniæ vinculum, sive suppleat id, quod interest, pecuniam non esse liberam, sed vinculatam.

**D I S C. CXL.**

*Parmen. census.*  
De materia monetæ, in qua debitor solutionem facere potest, vel debet; Et quando ejus augmentum, vel decrementum, unius, vel respectivè alterius, commodo, vel damno cedat.

**D I S C. CXXI.**

*Romana liberatiōis locorum Montium.*  
An creditores, qui recipiunt pecuniam à Congregatione Baronum, vel ab alio Judice, investiam in locis montium, loco cautionis per ipsos præstandæ, admittendi veniant ad cautionis præstationem, etiam post investimentum, ut ita liberent loca montium à vinculo, eaque ad liberam dispositionem habeant.

**D I S C. CXXII.**

*Senen. juris redimentæ.*  
De Statuto Senensi concedente debitori jus luendi infra annum bona jure creditoris vendita, an capiat solum casum venditionis factæ ipsimet creditori, non autem tertio licitatori, vel potius etiam istum; Et an hoc jus alteri cessibile sit.

**D I S C. CXXIII.**

*Romana cambiorum, seu interusuriorum.*  
An decessio debitorum, seu alias minus idoneo declarato, cesset cursus cambiorum, vel usurarum, & interusuriorum.

**D I S C. CXXIV.**

*Romana depositi.*  
An, & quando debitori liceat deponere pecuniam debitorum, adeout ipse liberetur, atque depositum cepit periculo creditoris, vel econtra.

**D I S C. CXXV.**

*Senen. relevationis.*  
An creditor recipere possit solutionem à debitore in causam obligationis unius ex pluribus fideiussoribus, qui ita liberationem obtineat, adeout, aliis fideiussoribus competat, necne, exceptio cedendarum, seu actio divisiōis pro relevatione.

**D I S C. CXXVI.**

*Romana obligatiōis.*  
An debitum contractum per filium, familiam districtualem Urbis, non servata forma Statuti 152. sit obligatorium, ac producat actionem experibilem, necne, adeout dictum Statutum 52. districtuales etiam capiat.

**D I S C. CXXVII.**

*Romana expensarum.*  
An eadem anterioritas, quæ competit pro debito, competat etiam pro expensis judicialibus, per creditorem factis, ad quas debitor condemnatus est, ut etiam pro eis competat evocatio pecuniæ solutæ posterioribus.

**D I S C. CXXVIII.**

*Alatrina pecuniaria.*  
An, & quando probatio debiti in genere, vel in substantia, non tamen probata certa quantitate, sufficiat ad debitoris condemnationem, & quomodo tali casu procedendum sit.

**D I S C. CXXIX.**

*Neapolitana cessiōis.*  
Ad materiam textus in l. per directus, & l. ab Anastasio, Cod. mandat. de qua supra disc. 60. ut debitor cessionario repellere valeat, offerendo solum summam ab eo solutam, pro cessiōe reportanda; an procedat in ea cessiōe, quæ reportetur à Principe, vel ejus fisco, seu Camera; Et de aliis earundem legum limitatiōibus.

**D I S C. CL.**

*Bononien. pecuniaria, vel societatis.*  
An, & quando obligetur quis per procuratorem in alienam causam, & tanquam fideiussor; Et an mandatam exten-



extendatur ad obligationem fidejussoriam, vel infolidum, & quando dicatur debitum fidejussorium.

**D I S C. CLI.**  
*Appendix ad disc. 13.*

De eadem materia, de qua *disc. 13.* an scilicet Constitutiones Apostolicæ, prohibentes alienationem bonorum jurisdictionalium, comprehendant quoque hypothecam; Et an circa istam intret distinctio inter specialem, & generalem, ut prima cadat sub prohibitionem, altera vero non; Et ad quem effectum ista distinctio attendatur.

**EX SUPPLEMENTO.**

**D I S C. CLII.**

*Romana dilationis quinquennalis.*

An, & quando substat dilatatio quinquennalis ob consentum majoris partis Creditorum, quomodo iste consensus præstari debeat, & quinam Creditores attendi debeant, ut majorem partem ad hunc effectum constituent, cum aliis ad materiam.

**D I S C. CLIII.**

*Romana alimentorum.*

De alimentis per creditorem suppeditandis debitori carcerato, eorumque taxa, & de quibus supra *disc. 118.*

**D I S C. CLIV.**

*Senen. pecuniaria.*

An prohibitio testatoris alienandi, vel obligandi bona, impediatur creditoribus hæredes, ne super eis eorum jura experiri valeant, siue quale impedimentum præstet; Et incidenter de concursu creditorum possessores fideicommissi, & filiorum ejusdem pro alimentis.

**D I S C. CLV.**

*Romana positionum.*

An cedens, qui cessit jura talia qualia &c. cum protestatione nolle teneri ad aliquid, adhuc teneatur ad aliquos actuscessionarios proficuos, & sine quibus cessio inutilis remaneret.

**D I S C. CLVI.**

*Januen. Aestim.*

An hæres debitoris impedire possit creditori hæreditario executionem bonorum hæreditariorum ob existentiam aliorum creditorum anteriorum, quorum credita adhuc certificata, & liquidata non fuerint.

**D I S C. CLVII.**

*Romana Salviani.*

De eadem materia, de qua supra *disc. 36.* an scilicet in bonis hæredis gravati jus competat pro reintegracione fideicommissi, & quomodo.

**D I S C. CLVIII.**

*Romana concursus.*

De concursu plurium creditorum, ex eadem causa, & præsertim Advocatorum, & Procuratorum, & Copillarum, cuiam debeat prælatio.

**D I S C. CLIX.**

*Romana pecuniaria, seu Legati.*

Ad materiam text. in l. qui autem ff. que in fraud. Cred. an scilicet, & quando possit, necne debitor non acquirere legatum, vel aliam dispositionem in præjudicium ejus creditorum, ad *disc. 137.* & *138.* supra.

**D I S C. CLX.**

*Anconitana pecuniaria.*

An, & quando credentes socio, vel præposito actio-

nem habeant contra consocium, vel contra præponentem.

**D I S C. CLXI.**

*Lucana pecuniaria.*

An & quando procedat conclusio, siue assumptum, ut socius non possit a socio conveniri in solidum, & ultra quam &c.

**D I S C. CLXII.**

*Bononien. pecuniaria.*

An, & quando creditor ex dicto c. de his que in fraudem actionem habeat contra tertium possessorem bonorum debitoris titulo singulari translativo domini alienationis in eum factæ per debitorem; Et an contra eundem tertium exercibile sit iudicium executivum.

**D I S C. CLXIII.**

*Nicien. Mercium.*

An Mandatarius post acceptatum mandatum de solvendo pretium mercium transmissarum tertio possit, sequuta decoctione mandantis, easdem merces, vel earum pretium retinere pro ejus credito.

**D I S C. CLXIV.**

*Januen. elevationis Cannellæ.*

De eadem materia confusionis actionum, vel imaginariæ solutionis, quando creditor succedat debitori, vel e contra, de qua *disc. 40.* & de aliis ad materiam anterioritatis, & potioritatis pro credito dotali; Et amissionis crediti ob non confectum inventarium; Et de exceptione illiquiditatis.

**D I S C. CLXV.**

*Romana Juris offerendi.*

De eadem materia juris offerendi de qua *disc. 31. de empt. & vend.* an illa restituitur in integrum, quæ in hac materia juris offerendi competit principali debitori, qui venditionem ejus bonorum passus est, ratione minoris ætatis, vel ex alia iuxta causam competit etiam secundo creditori adversus primum ementem bona debitoris.

Et postea competentia juris offerendi, an in iudicio executivo illud exerceri possit, vel potius agendum sit in iudicio ordinario.

**D I S C. CLXVI.**

*Romana assuecutionis.*

De eadem materia de qua supra *disc. 106. cum plurib. segg.* in materia assuecutionis cum distinctione diversorum casuum, & questionum desuper cadentium.

**D I S C. CLXVII.**

*Pisana, seu Nullius assuecutionis.*

De eadem materia de qua *disc. 111.* an scilicet, & quando substatineatur assuecutione pecuniæ datæ ad cambium maritimum.

**D I S C. CLXVIII.**

An creditor intermedius subintret in locum creditoris anterioris dimissi cum fructibus bonorum debitoris, ab ipso intermedio possessorem, in præjudicium posteriorum, vel ab eo cessionem reportet.

Et an idem creditor, cui per anteriorem advocata sint bona obtempa pro ejus credito, redeat ad ejus primæva jura etiam ipso cursu fructuum, dum creditum erat fructiferum.

**D I S C. CLXIX.**

*Romana Pignoris, vel depositi.*

De eadem materia, de qua supra *disc. 68.* an scilicet, & quando Mons Pietatis tanquam depositarius teneatur de furto, vel alio casu pignoris, vel rei depositæ.

**C A U S A R U M**

Hoc titulo de Credito, & Debito ordine alphabetico per Dioeceses dispositus.

**A**

- Latrina pecuniaria, disc. 148.
- Anconitana bonorum, disc. 135.
- Mercium, disc. 87.
- Pecuniaria, seu concursus, disc. 39.
- Pecuniaria, disc. 80.
- Anconitana Pecuniaria, disc. 160.
- Ariminen dotis, disc. 128.
- Auximana, disc. 41.

**B**

- Bituntina Salviani, disc. 131.
- Bononien. seu Veneta, disc. 26.
- De Calvis, disc. 81.
- Dilationis, disc. 56.
- Discussionis, disc. 10.
- Eadem, disc. 11.
- Expensarum, disc. 100.
- Pecuniaria, seu societatis, disc. 150.
- Bononien. Pecuniaria, disc. 162.

**C**

- Camerinen. pecuniaria, disc. 95.
- Civitatis Castellii census, disc. 97.
- Cornetana frumentii, disc. 16.
- Cremonen. concursus, disc. 4.
- Prælationis, disc. 18.

**F**

- Farsen. prædii, disc. 33.
- Ferrarien. Montis Bentivoli, disc. 5.
- Firmanæ manutentionis, disc. 161.

**I**

- Januen. assuecutionis, disc. 110.
- Cambiorum, disc. 91.
- Constitutii, disc. 74.
- Januen. Elevationis cannellæ, disc. 164.
- Aestim, disc. 156.
- Fidejussionis, disc. 92.
- Seu Neapolitana pecuniaria, disc. 49.
- Ineramnen. seu Romana nullitatis capture, d. 113.
- Seu Romana pecuniaria, disc. 112.

**L**

- Lucana Pecuniaria, disc. 161.

**M**

- Maceraten. disc. 42.
- Census, disc. 48.
- Seu Firmana societatis, disc. 88.
- Mantuana revelationis, disc. 84.
- Melevitana pecuniaria, seu cambii, disc. 93.
- Pecuniaria, seu dotis, disc. 116.

**N**

- Neapolitana cessionis, disc. 149.
- Concursus, disc. 27.
- Eadem, disc. 30.
- Mutui, disc. 82.
- Pecuniaria, seu cambiorum, disc. 65.
- Seu Tranen. pecuniaria, disc. 60.
- Seu Venusina pignorum, disc. 22.
- Nicien. Mercium, disc. 163.
- Nullius, seu Baren. pecuniaria, seu dotis, disc. 121.

**P**

- Parmen. census, disc. 140.
- Perusina pecuniaria, disc. 122.
- Pisana seu nullius Assuecutionis, disc. 167.
- Portuen. seu Romana pecuniaria, disc. 17.

**R**

- Recanaten. census, disc. 104.
- Rhegginen. pecuniaria, disc. 63.
- Romana admissionis ad beneficium deducto, &c. disc. 120.
- Affictus, seu cedulæ, disc. 7.
- Romana alimentorum, disc. 253.
- Assuecutionis, disc. 166.
- Assuecutionis frumentii, disc. 107.
- Assuecutionis mercium, disc. 109.
- Assuecutionis olei, disc. 106.
- Seu Neapolitana assuecutionis, disc. 108.
- Avocationis pecuniarum, disc. 52.
- Beneficii deducto &c. seu c. Odoardus, disc. 119.
- Seu Veneta cambiorum, disc. 51.
- Cambiorum, seu interusuriorum, disc. 143.
- Cambiorum, vel suppletionis, disc. 139.
- Cautionis, disc. 53.
- Cautionis, disc. 99.
- Census, disc. 70.
- Census, disc. 136.
- Eadem, disc. 137.
- Concursus, disc. 13.

Eadem



Eadem, seu appendix, disc. 151.  
 Concurfus, disc. 25.  
 Concurfus, disc. 12.  
 Concurfus, disc. 158.  
 Conversionis pretii, disc. 43.  
 Dilationis quinquennalis, disc. 152.  
 Domus, disc. 14.  
 Domus, disc. 24.  
 De Soderinis, disc. 28.  
 Depofiti, seu indemnitate, disc. 69.  
 Depofiti, disc. 144.  
 Expenfarum, disc. 147.  
 Exvinculationis, disc. 6.  
 Fallitatis ordinum, disc. 68.  
 Fideicommissi de Incononatis, disc. 31.  
 Fideiuffionis, disc. 94.  
 Fideiuffionis, disc. 103.  
 Fructuum census, disc. 29.  
 Gabelæ, disc. 21.  
 Juris offerendi, disc. 165.  
 Legitimæ, disc. 138.  
 Liberationis à moleftiis, disc. 118.  
 Liberationis locorum montium, disc. 141.  
 Litterarum cambii, disc. 85.  
 Mercedis, disc. 57.  
 Mercium, disc. 23.  
 Moratoria, disc. 98.  
 Multiplici, disc. 59.  
 Mutui, disc. 83.  
 Obligationis, disc. 101.  
 Obligationis, disc. 146.  
 Partitorum, disc. 114.  
 Seu Albanen. pecuniaria, disc. 46.  
 Seu Sabinen. pecuniaria, disc. 19.  
 Pecuniaria, disc. 2.  
 Pecuniaria, disc. 8.  
 Pecuniaria, disc. 38.  
 Pecuniaria, disc. 50.  
 Pecuniaria, disc. 64.  
 Pecuniaria, disc. 102.  
 Pecuniaria, disc. 117.  
 Pecuniaria, disc. 126.  
 Pecuniaria, disc. 130.  
 Pecuniaria, disc. 105.  
 Pecuniaria de Comitibus, disc. 55.  
 Pecuniaria de Ornanis, disc. 86.  
 Pecuniaria, seu adjecti, disc. 66.  
 Pecuniaria, seu administrationis, disc. 76.  
 Pecuniaria, seu cambii maritimi, disc. 111.  
 Pecuniaria, seu compensacionis, disc. 47.  
 Pecuniaria, seu confessionis, disc. 79.

Pecuniaria, seu de in rem verso, disc. 72.  
 Pecuniaria, seu fructuum, disc. 124.  
 Pecuniaria, seu indebiti, disc. 78.  
 Pecuniaria, seu præfensæ donationis, disc. 123.  
 Pecuniaria, seu salarii, disc. 61.  
 Pecuniaria, seu tabularum, disc. 15.  
 Pecuniaria, seu legati, disc. 159.  
 Pignoris, disc. 169.  
 Seu Terracinen. pretii bubularum, disc. 67.  
 Pretii officiorum, disc. 115.  
 Pretii panis, disc. 73.  
 Positionum, disc. 155.  
 Repetitionis indebiti, disc. 129.  
 Reintegracionis, disc. 134.  
 Salviani, disc. 157.  
 Salviani, disc. 1.  
 Salviani, disc. 45.  
 Salviani de Frattacchiis, disc. 35.  
 Salviani de Salviatis, disc. 9.  
 Salviani de Saracenis, disc. 32.  
 Salviani de Zeccadoris, disc. 34.  
 Salviani, seu concurfus, disc. 3.  
 Salviani, seu domus, disc. 54.  
 Simulacionis mutui, disc. 77.  
 Societatis, disc. 75.  
 Societatis officii, disc. 96.  
 Supplementi legitimæ, disc. 58.  
 Transactionis, disc. 71.

**S**

Senen. disc. 40.  
 Juris redimendi, disc. 141.  
 Senen. pecuniaria, disc. 154.  
 Relevacionis, disc. 145.

**T**

Terracinen. pecuniaria, disc. 37.  
 Tolentina pecuniaria, disc. 36.

**V**

Viterbien. cambiorum, disc. 62.  
 Donationis, disc. 127.  
 Laudacionis, disc. 90.  
 Pecuniaria, disc. 44.  
 Pecuniaria, disc. 89.  
 Urbinaten. pecuniaria, disc. 10.  
 Pecuniaria, disc. 125.  
 Pecuniaria, seu Salviani, disc. 133.



JO: BAPTISTÆ  
**CARD. DE LUCA**

Liber Octavus.

**DE CREDITO ET DEBITO.**

ROMANA SALVIANI,  
 PRO MARCHIONE LANCEA,  
 CUM BARBARA SPINOLA.

ad effectum erogandi pretium in extinctionem debitorum, inter quæ pro summa scutorum 600. fuit jam dictum cum Marchionissa Lantes, vel ejus hæredes; Cumque Barbara Spinola pro rata scutorum 500. esset creditrix pro dimissione ejusdem antiqui majoris debiti ut supra, de anno 1639. contracti cum Pulcheria cum cessione jurium, hinc proinde judicium in salviano instituit contra emptorem ad dictam vineam; Et introducta causa in Rota coram Albergato, sub die 6. Februarii 1665. adtricis resolutio favorabilis prodit, ad cujus normam expedita sententia, commissaque causa in eadem Rota coram Carpinea, rejecto motivo rei judicatae per adtricem præfensæ, confirmata fuit dicta sententiam tamquam justa sub die 19. Novembris 1666. atque in hoc statu causa per concordiam finem habuit.

Causa decisus per Rotam pro Barbara, postea concordatus.

An, & quando ille, de cujus pecunia dimissus est creditor anterior, vel potior, in istius locum succedat, adeo ut alios intermedios creditores, agendo, vel excipiendo repellere valeat, atque jura dimissi creditoris deducere.

**SUMMARIUM.**

- 1 **F** Acti series.
- 2 Resoluciones cause.
- 3 Inter creditores æquales potior est conditio possidentis.
- 4 Quando ille, de cujus pecunia creditor anterior dimittitur, in ejus locum succedat, & quando non.
- 5 Ut ad effectum excipiendi de jure dimissi creditoris requiratur possessio tempore dimissionis, & numero 13. & 14.
- 6 De eadem conclusione, de qua num. 4.
- 7 De solemnitatibus requisitis in contractibus mulierum in Urbe.
- 8 Quando dicatur soluta pecunia liberè debitori, ut non intret subintratio.
- 9 De eodem, & quando hoc non obstante sit locus subintrationis.
- 10 De eadem conclusione, de qua nu. 4.
- 11 De potioritate mutuantis refusionem, vel emptionem, & quid requiratur.
- 12 De probatione personis pecunie mutuatæ in dictam causam.
- 13 De conclusione, de qua nu. 7. & 8.
- 14 De eadem, ac de ratione, ob quam potior est conditio possidentis.

**D I S C. I.**

**H**ypolita Puteobonella de anno 1644. ut extingueret debitum, de anno 1639. in summa scutorum bis mille contractum à Livia ejus matre (cujus erat hæres) cum Pulcheria Casia, debitum contraxit cum Josepho, pro quo dissolvendo, ad evitandum coactionem mandati jam relaxati, cum solemnitatibus præscriptis à Statuto Urbis 151. aliud debitum contraxit cum Marchionissa Lantes, cujus pecunia, per Montem pietatis, (neglecta tamen jurium cessione,) soluta fuit Josepho, qui cessionem jurium à dicta Pulcheria habebat, deindeque Hypolita de anno 1652. vineam vendidit Marchioni Lanceæ, Card. de Luca lib. III.

Hujus autem controversiæ punctus restringebatur ad dictam pretii ratam solutam hæredi Marchionissæ Lantes, cum non dubitaretur, quod reliquum anterioribus, vel potioribus solutum esset, an scilicet dicta Marchionissa (cujus jura cessa emptor habebat) successerit necne in locum præfati Josephi, qui ex cæsis juribus representabat personam, ac jura Pulcheriæ primæ creditricis, cujus jura etiam actrix habebat; Hoc enim posito, quod scilicet ambo dici possent creditores ex eadem causa, de consequenti resultabat, quod potior esset conditio Rei, & possessoris juxta doctrinam Dyni in regula, qui prior. Angel. consil. 205. Negulant. de pign. par. 5. membr. 2. n. 31. Pacif. de Salviano inspec. 3. cap. 2. n. 433. Gait. de credito cap. 4. nu. 1834. & seq. Franch. dec. 260. n. 4. Apont. dec. 34. nu. 25. & seq. Merlin. de pign. lib. 4. tit. 1. qu. 4. n. 37. & seq. Rot. in Bonon. censur. 6. Februarii 1654. Melio cum concordantibus collectis per Oleam de cess. jur. tit. 6. qu. 8. nu. 10. & per elaboratum mihi charum modernum de Luca Melphitensem in addit. ad Franch. dicta dec. 260. atque datis extremis habilibus, est certa conclusio, quam scribentes in contrarium non negabant.

Difficultas autem erat in applicatione, sive in verificatione extremi, quod scilicet possessor successerit in locum ejusdem primi creditoris, ex cujus juribus actrix veniebat; Dicebant etenim scribentes pro adtrice (atque Rota admittit) quod tunc ille, de cujus pecunia dimissus est creditor, etiam sive cessione vel pacto de subintrando, succedit in istius locum, ad effectum excipiendi, (secus autem agendi, ad quem effectum cessit, vel pactum prædictum requiritur,) quando ad hunc effectum præcisè pecunia data sit, adeo ut debitor non haberet in facultate, illam convertendi in alios sibi placitos usus; Seu autem ubi liberè debitori data esset, qui ad diversum usum ea uti posset, tunc etenim quamvis verè anterior, vel potior creditor soluta sit, non tamen exinde dictus effectus resultat, ex ea probabili ratione, quod ita pecunia effecta fuit de dominio, ac libera dispositione debitoris, qui de sua, non autem de datoris pecunia creditorem dimisit, quodque ista dimissio, à casu, non autem à providentia quondam